e-codices

A t erit mihi hoc factum mortuo memorabile
M eum herum captum ex ſeruitute atq: hoſtib;
R educem fuiſſe liberum in patriam ad patrem
M eumq: potiuſ caput periculo preoptauiſſe q̄ iſ peieret ponere
Aeg F acito ergo ut acheronti ducas gloriam
Tin Q ui per uirtutem peritat non interit
Aeg Q uando ego te exemplis peſſumis excruciauero
A tque ob ſutelaſ tuas te morti miſero
V el te interiiſſe uel periiſſe predicent dum pereas
N ihil interdico dicant uiuere. pol ſi iſtuc faxis
H aud ſine poena feceriſ ſi ille huc redibit & ſic confido affore
Ar P roh dii īmortales nunc ego teneo nunc ſcio quid ſit hoc negocii
M euſ ſodaliſ philocrateſ in libertate ē ad patrem in patria
B ene eſt nec quiſq̄ eſt mihi æque quoi meliuſ velim
S ed hoc mihi egre eſt me huic dediſſe operam malam.
Q ui nunc propter me meaq; uerba uinctuſ eſt. Aeg uetaui n te q̄cq̄ m̄
H odie falſum proloqui. Aeg vetauiſti. Tin quor eſ auſus mentiri mihi
Tin Q uia uera obeſſent illi quoi operam dabam nunc falſa proſunt
Aeg A t tibi oberunt. Tin optumum eſt. at herum ſeruaui quē ſeruatum
G audeo. quoi me cuſtodem addiderat herus maior meuſ
S ed male ne id factum arbitrare? Aeg peſſume. Tin at ego aio recte
Q ui abſte ſeorſum ſentio. nam cogitato ſi qſ hoc gnato tuo
T uuſ ſeruus faxit qualem habereſ gratiam? emittereſ
N ec ne eum ſeruum manu? eſſet ne apud te iſ ſeruos acceptiſſumus reſpōde
Aeg O pinor. Tin quor ingratuſ mihi eſ? Aeg qa illi fuiſti q̄ mihi fidelior.
Tin Q uód tu una nocte poſtulauiſti & die recenſ captum hominem
N uperum & nouitium te perdocere ut meliuſ conſulerem tibi q̄ illi
Q ui cum uná puero ætatem exegera. Aeg ergo ab eo petito
I ſtam gratiam. ducite ubi ponderoſas craſſaſ capiat compedeſ
I nde ibi porro in latomiaſ lapidariaſ ibi cum alii octoneſ lapideſ effodiūt
N iſi quotidianoſ ſex qui opuſ confeceriſ ſexcentoplago nomen indet tibi
Ari P er deoſ atque homineſ ego te obteſtor aegio ne tu iſtunc hominem pdui. Aeg curabit
N am noctu neruo uinct⁹ cuſtodibit interdiu ſub terra lapideſ eximet
D iu ego hunc cruciabo non uno abſoluam die
Ari C ertum ne eſt tibi iſtuc. Aeg non moriri certiuſ
A bducite iſtum actutum ad hyppolitum fabrum

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 51v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/51v)